

ENARRATIONES IN COLLECTANEA PRIMI LIBRI MAGISTRI SEN- TENTIARVM.

AUTHORE.

F. Francisco à Christo Lusitano, Ordinis & instituti Eremstarum Dni Augustini, Do-
ctore Conimbricensi, & in eadem Academia Vesperario
sacrae Theologiae prælectore.



CONIMBRICÆ.

Typis Antonij à Mariz, Typogr. & Bibliopolæ Vniuersitatis.

Anno. M. D. LXXIX.

Cum licentia supremi & generalis Officij sanctæ Inquisitionis, & Ordinarij.

Taxado a rês empapel.

Jo. Vazquez Hieronymo de Souza



223

ENARRATIONES
IN COLLECTANEA PRIMI
LITTE RI MAGISTRI SEN-
TENTIA RVM.

A V T H O R E
H. Blandini, C. S. B. Ordinis & Institutio-
nis Conventus, & in eadem Academia & Sacer-
dotio Theologiae Professor.



CONIMBRICAE

Typis Antonij à Mota, Typogr. & Bibliopolae Vniuersitatis
Anno MDCCLXXIX.
p. Curia in forma & consensu Officij Theologiae & Sacerdotio

Handwritten signature or name in cursive script.



EGO F. Antonius a S. Dominico Conimbricēsis Academiæ Theologus Primarius
 perlegi, iussu Serenissimi principis Henrici, S. R. E. Cardinalis, & supremi in Reg-
 no Lusitaniæ tunc inquisitoris, nunc autem eiusdem Regni, summa Dei gratia, Re-
 gis gloriosissimi, & inuictissimi, hos in primum librum Sententiarum ab eruditissimo patre
 F. Francisco a Christo Augustiniano conscriptos commentarios, & præterquam quod nihil
 in eis repererim, quod esset a Sanctæ fidei nostræ decretis alienum, & patrum doctrinæ disso-
 num, aut certe piarum aurium offensuum, summam etiam eruditionem, egregiamque, sum-
 ma cū claritate, & subtilitate, rerūque distinctione, & dispositione coniunctam, doctrinam
 deprehendi, non solum veterum doctrinæ æquiparandam, verum etiam in multis antefere-
 dam. Quocirca dignissimos hos commentarios iudicavi, qui in publicum æderentur, utpote
 ex quibus & Theologia scholastica splendoris multum, & incrementi, & ipsa Theologorum
 schola multum adiumenti, & utilitatis esset præceptura. In cuius nostri iudicij, & testimo-
 nij fidem subscripsi. XVI. die mensis Augusti. 1579.

F. Antonius de S. Dominico;

Podése imprimir vista a informaçam, & hum dos nouamēte impressos tor-
 nea esta mesa cō o original pera se ver se concorda, antes de correrem. Este
 despacho se imprimira no principio com a dita informaçam. En Lixboa, a xx. de
 Maio de 1578. Manoel Antunez secretario do conselho geral o fez.

Manoel de Coadros.

Paulo Affonso.

Dom Miguel de Castro.

Antonio Tellez.

EGO Frater Sebastianus Tuscanus in sacra Theologia Magister, & familiæ Augustinianæ
 in Regno Lusitaniæ Prior Prouincialis indignus facio potestatem doctissimo, ac reli-
 giosissimo Patri F. Francisco a Christo Collegij nostri Conimbricēsis Regēti, & sacre theo-
 logiæ in inelyta Conimbricēsi Academia Vesperario professori suos in primum librum Sen-
 tentiarum commentarios vulgandi, & typis excudendi, utpote ex quibus intelligam, & or-
 namentum, ac splendorem accessurum, & ad scholares theologos plurimum utilitatis, & ad-
 iumenti esse venturum. Datum Olyssipone xxvj. die Maij. 1578.

F. Sebastianus Tuscanus, Prouincialis indignus.

ILLVS-

ILLVSTRISSIMO DOMINO,

ET AMPLISSIMO PATRI GASPARI

CASSALEO, EPISCOPO CONIMBRIENSI,

ET COMITI ARGANILEO. F. FRAN.

CISCVS A CHRISTO THEOLOGVS

S. P. D.



EOS in primum Collectaneorū Magistri librū, in gratiā auditorum meorum, & conscriptos, & typis mandatos commentarios, tibi dicare, pater amplissime, multis de causis cōstitui. Primum, vt nostrā amicitia, meamq; perpetuā in te obseruatiam sempiterno hoc monumento testatā redderem, vt enim ego te tanquā patrē semper colui, ita ipse me vicissim tanquā filium, & singulari beneuolentia cōplexus, & multis es beneficijs prosecutus. Deinde quia nostras illas de rebus theologis, ijsque in vniuersa theologia difficillimis, & ab hominū sensu remotissimis cōmentationes, nulli alteri aptius, & iustius offerri & consecrari debere existimauerim, quā tibi, homini & in rerū theologiarū peruestigatiōe multum, diuq; versato, & omnium, nostræ memoriæ, theologorū doctissimo. Testes sunt huius mei de tua eruditione iudicij libri à te de rebus theologis doctissime, & grauissime cōscripti, testes tuæ illæ in sacro Concil. Trid. cui affuisti, diffinitiones eruditissimæ, summa patrū admiratione, summoq; applausu exceptæ, quibus es consecutus, vt omnium, qui ex toto orbe ad sacrū illud Conciliū conuenerūt, & Episcoporū, & literatorū hominū sis habitus cum literatissimus, tum disertissimus. Postremo ad hoc me tua dignitas, & amplitudo vehemēter impluit. Videbā enim fore, vt cōmentarij hi nestri, & ex nominis tui amplitudine dignitatem, ac splendore, & ex authoritate tua grauissima præfidiū, contra aduersariorū calūnias consequerētur. Haud enim erā nescius, peruulgatis nostris hisce in primum librū Sent. cōmentarijs, quantis, & quā varijs me hominū iudicijs obijcerē, quorū alij meā operā, tanquam superuacaneā, essent aspernaturi, & improbaturi, alij vero tanquā maxime necessariā cōprobaturi, & amplexaturi. Et merito quidē certe. Nā præterquā quod veterū scriptis multa, vel ab ipsis prætermissa, vel certe nō inuēta adiunxerimus, certe rē totā cum accurata rerū tractatione, tum earundē aptissima dispositione, & clarissima distinctione, sic illustrauimus, vt si veteribus scriptoribus debitā laudē minus præriperimus, certe multū illis lucis, & splendoris attulerimus. Sed aliorū iudicia nō curo, satis superq; mihi est, me, meaq; omnia tuo, pater amplissime, grauissimo iudicio cōprobari, cuius & ad inueniendū acies ingenij præstantissima, & ad iudicandū de re quauis vis animi acerrima omnibus est cognita, atque comperta. Vale.

sub Pio
4. Pont.
Max.

DE-

DE CLAMATIO HABITA IN
MAGNO GYMNASIO, AD THEOLO-
giae auditores, pro exordio pralectionum, siue enarra-
tionum primi libri Sententiarum.



Non possum non vehementer laudare, Auditores humanissimi, et viri ornatissimi florentissima huius Academiae nostrae institutum, quo decretum est, ut qui recentem aliquam pralectionem exordirentur, publicam in concessu patrum, atque adeo eruditorum omnium conuentu orationem haberent, qua et suam operam, et pralectionem ipsam auditoribus commendarent, ut opera quidem, ac diligentia commendatione benevolentiam, rerum vero, quae ad enarrandum, ac tractandum susciperentur, expositione docilitatem sibi auditorum compararent. Quo circa cum ego vestro omnium, viri ornatissimi iudicio, ac suffragio primum librum Sententiarum ad explicandum, et enarrandum susceperim: non putavi mihi esse a veteri Academiae instituto discedendum, imo vero huiusce meae pralectionis initio ea mihi exponenda omnia esse existimaui, quae de more pralectores praefari consueverunt.

Principio igitur, quod ad eas res attinet, in quarum tractatione operam hoc anno sumus, Deo adiuuante, posituri, persuasum illud vobis esse volo, esse earum rerum tantam grauitatem, tantamque cum obscuritate coniunctam maiestatem, ut in his explicandis non humanum, sed diuinum prope ingenium requiratur. Etenim primus hic Collectaneorum Magistri liber, quem de vestro iudicio, et de grauissimi consilij auctoritate, ad explicandum suscepimus, explicationem continet diuinae illius summae, principisque naturae, quam Graeci ἀφαντον, ἀκατάλληλον, καὶ ἀπεόσιτον appellauerunt, hoc est, naturam, quae neque oratione declarari, neque animo et cogitatione comprehendere, neque vi ulla ingenij possit attingi. Cui rei illa Simonidis veteris philosophi grauissima sententia fide facit, qui cum ab Hierone tyranno quid, qualisue esse Deus foret interrogatus, deliberandi causa sibi diem postulauit, cumque eadem de re postridie esset inquisitus, biduum petiuit, cum vero dierum numerum saepius duplicaret, admiratus Hiero quae esset fertur, cur ita faceret, Quia, inquit, quanto diutius cogito, tanto res videtur obscurior. Digna profecto homine philosopho, et viro doctissimo sententia. Quae admodum enim oculorum acies in sole fixa radiantis lucis splendore praestringitur, ita humani acies ingenij in incorpoream illam summam Numinis lucem intentam, immensa lucis splendoribus obruitur. Quo effectus est, ut diuinus sapiens dixerit, qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Hanc porro diuinam naturam ἀκατάλληλον, hoc est, praesui magnitudine, et immensitate incoprensibilitatem, ea Deus caligine significatam hominibus esse voluit, quae olim circumsusus cum Moisa Hebraicae gentis principe, atque adeo cum populo colloquebatur. Quocirca in tenebris delucere idem summus, ac prepotens Deus ab eximio vate Dauide, et in nebula sede domicilij collocasse a Solomone eiusdem filio sapientissimo dicitur. Quauis autem diuina natura sit eiusmodi ad quam penetrare nulla vis ingenij possit, inhabitetque, auctore D. Paulo, lucem, ad quam nullus hominum adire queat, quamque nullus est unquam hominum contemplatus, sed neque

contueri

cōtueri humanis oculis possit, nō tamē est passa mortales omnino in sui ignorantia versari,
sed partim impressis in natura vestigijs, partim sanctarū literarū monumentis sese agnosce
dū hominibus praebeat. Etenim diuinitatis cognoscēda duplex est ratio, una quae inuestiga
tione naturae, altera vero quae reuelatione diuina, et patefactione cōinetur. Illa prior ra
tio libro naturae, haec vera posterior libro scripturae est hominibus diuino numere tradita.
Ac quod ad librū naturae attinet: vniuersus hic mundus, quasi diuinus quidā liber est, quo
veluti monimēto sempiterno summus ille, ac praepotēs Deus diuinitatis notione consigna
uit. Nāq; mundi huius admirabilis pulchritudo, partiū eius singularū decētissima compositio,
ordo, et collocatio, rerūq; tā multarū pulchra, et admiranda varietas, quid aliud quae so pra
dicant? quid aliud loquuntur, quā esse quiddā praestātissime mētis numē summa pulchritu
dine vi infinita, et immēsa maiestate praeditū, a quo sunt omnia potētissime fabricata, et
quoue eodē sapientissime administrātur? Hūc nobis librū esse diuinitus ad legendū proposu
it diuinus Apostolus his verbis cōfirmat. Inuisibilia Dei a creatione mūdi, ex ijs quae fa
cta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, et diuinitas. Cū igitur opti
mus ille, ac beneficētissimus Deus rerū vniuersitatē initia ad intuendū hominibus propo
sisset, quae eosdē ad rerū quae non cernuntur oculis, cognitionē admirabilitate sui perduceret,
aduūxit postea sacrā scripturā, quae nobis certiorē, vberiorēq; diuinitatis, rerūq; earū, quae
ad sempiternā salutē pertinet, cognitionē traderet. Ad quā diuinarū rerū cognoscendarū
rationē pertinet illa Danielis verba, Est Deus in caelis reuelās misteria. Etenim haec ra
tio vniuersa reuelatione diuina, et traditione cōinetur. Vt roq; tamē genere Deus non tā
sese hominibus cognoscendū et intelligendū praebuit: quā pōt ipse intelligi, atq; cognosci, hoc
siquidem cognitionis genus soli Deo cōuenit, qui cū infinitus sit, se ipse s. l. us omnino cognitū,
ac comprehensum habet, sed tantam sui cognitionem hominibus importauit, quantam ca
pere creata natura potuit, quae cum finita vi cognoscendi, et intelligendi sit, finita quo
que cognitionis est particeps.

In huius igitur admirabilis, incōprehēnsibilis, et inenodabilis naturae, quae Deus est vni
uersa quae primo collectaneorū libro cōtinetur, institutio, et disputatio consumitur: partim
ex diuinis literis de prōptis testimonijs, partim ex intima natura petitis rationibus, et argu
mētis. Principio igitur doctissimus Magister sinē nobis ante oculos extremū proponit, ad
quē sunt oēs hōinū aētiones, et vitae cōsilia referēda, quiq; sit cū intimis animi medullis cō
plectendus, tum rebus cunctis anteferendus. Quem eundem rerū omnium expetendarū fi
nem Deū esse statuit, quo solo fruendū, cuiq; mente, et corde inherēdum est.

Deinde quid, qualisue sit Deus, pro captu ingenij, expositurus reconditū illud, et arca
num, ipsiq; naturae ignotum nobis aperit diuinae vnitatis, et trinitatis sacramentum, docēs
Deū, quē colimus, et veneramur, esse unū essentia, trinū personis, quarū cū summa sit,
et perfecta in natura, et in illis omnibus, quae naturā attingunt, cōspiratio, atq; cōsensio,
personarū tamen proprietatibus ita distinguuntur, ut una minime sit altera persona. Has
porro diuinas admirandasq; personas, sic inter se affectas esse docet, ut pater à nullo sit, sed
ipse potius principū, fons, et origo totius sit diuinitatis, utpote cui Filius et Spūs sanctus,
diuinitatē acceptā referāt, Filius quidē, generatione ineffabili, Spiritus vero sanctus admi
rabili processione, ac filius quidē à patre solo, Spūs autē sanctus a patre, et filio ducit originē.

Ex quo iā efficitur, ut propria diuini patris nota, quā a ceteris personis internoscitur, sit illa, quae à Grecis dicitur ^{α γενεσ. α.} filij, ortus, et generatio, spūs vero sancti, processio, atq; spiratio. Sunt praeterea nūcupationes aliae, quae tametsi vni personae sint cū altera cōmunes, ut potentia, sapientia, bonitas, certis tamen personis iustissimis de causis assignantur, potentia quidem patri, sapientia filio, bonitas autem attribuitur spiritui sancto.

Sub hac docet has tres admirādas, omniq; cultu, et veneratione dignissimas personas, tametsi ortu, et origine inter se distinguantur, esse tamen inter se coequales et coaeternas, ita. s. ut neq; maius aliquid sit pater, quā filius, aut pater et filius quā spūs sanctus, aut vna omnino quā altera, aut dua, quā tres, et quae sint, quēadmodū Greci loquuntur, ^{ο μοου σιαι}, hoc est, ut quarū vna sit vis, vnaq; substantia. In his praeterea admirādis personis ut ordo reperiatur aliquis, nulla tamē antecessio. Sic enim vna persona alteri essentiam acceptam refert, ut illa interim non antecedit, aut antecellat: id quod vis nulla mentis assequi, percipere uel potest.

Ad postremū docet, hūc vnu, trinūq; Deū esse infinita vi, ac potestate praeditū, cūcta sciētia, et intelligentia cōplectentē, cūctisq; rebus summa bonitate, et sapiētia incredibili cōsulentē, omniaq; demū suapte essentia admirabiliter cōplentē. Qui cū se solo contentus sit, sitq; suis ipse opibus beatus, neq; aliquid aliud vel ad voluptatē, vel ad gloriā, vel ad copiā requirat, quosdā tamē ex eternitate ex vniuerso hominū cātu, ac multitudine delegit, quibuscū hasce glorię, et beatitudinis suae diuitias cōmunicaret, quos litera sanctae praedestinos, et electos appellant, cū interim sint alij, qui sese deprauatissime vitae merito, hac summa gloria, et voluptate, ac deniq; beatitudine ipsi defraudarūt, qui idē in literis sanctis reprobi, ac filij perditionis, et geene nūcupantur. Haec fere sunt, quae primo Collectaneorū libro à Magistro summae eruditiōe, miroq; artificio tractantur, ab scholasticis vero sacrae theologiae tractationibus summo ingenio explicantur.

Haec auditores humanissimi, et viri ornatissimi, est nostra sapientia, et intellectus corā populis, ut dicitur Deut. 4. Haec est illa sapientia, quā eximius Apostolus Paulus de rebus diuinis calitus edoctus, et piissime profitebatur, et cōstantissime praedicabat. Sapientia, inquit, loquimur inter perfectos, sapientia in quā non huius seculi, quā principes huius seculi, siue demones, siue homines ingenio excellentes peruestigatione naturae sibi cōpararunt, sed loquimur Dei sapientia, abditā illā quidē, et recōditā, quae nullis alijs ab orbe condito patuit, nisi ijs quibus Deus patefactā eā, et reclusam esse voluit. Haec sunt, illa mysteria, quae neq; cernuntur oculis, neq; percipiuntur auribus, neq; mēte, et intelligentia cōprehēduntur, nobis autē reuelauit Deus per spūm suū e caelo missū, in quē desiderāt angeli prospicere. Hinc primū optimi, maximiq; Dei in hōines charitas elucet, qui non solū hominibus sese patefecerit, tanq; varijs modis cognoscendū praeberit: verū etiā nihil illis subtraxerit eorū, quae valerēt ad cōsequendā animi salutē sempiternā. Illud praeterea intelligitur, quātōperē hac disciplina, siue sciētia, siue sapiētia, quae Theologia dicitur, ceteris omnibus sciētijs antecellat, siue rē subiectā, siue raōnē docēdi, siue deniq; finē eidē propositū spectes. Ac res huic sanctissime discipline subiecta, Deus est, omniū effector, et moderator, qui tā rebus omnibus antecellit, quā causa effectis ipsis, et creator rebus creatis. Docendi vero ratio vniuersa diuina auctoritate nititur, quae cū sit summa veritas, summā quoq; ac certissimā, quae fallere nullo modo possit, rebus ijs, quae hac sciētia tractantur, fidē adiūgit. Non agit haec sanctissima disciplina argumētis humano ingenio inuentis, non rationibus exquisitis, ad rē probandā accōmodatis, sed diuinis oraculis et testimonijs, quae sola

diuina

diuinarū rerū tractandarū ratio, Theologica est. Finis porro huic sanctissimæ scientiæ propo-
situs, de multorū, eorūq̄ doctissimorū virorū, sentētia, est summi numinis charitas, & dilectio.
Huc. n. omnia, quæ diuinis literis traduntur, pertinet, ut studio incēdamur sanctissimi numinis,
illique soli amore, & beneuolentia inhereamus. Nam in hac cum Deo amoris, & be-
neuolentiæ coniunctione uniuersa hominis beatitudo, & felicitas posita est. O vere
diuina, & sanctissima disciplina, tu mētes hōinū summi veri cognitiōe imbuis, & eter-
næ sapiētiæ luce, ac splendore cōples, tu ipsorū animos eiusdē amore & studio inflāmas, tu mentē
errore liberas, tu deniq̄ diuinos efficis animos hōinū, & diuinitatis obseruātissimos. Hāc igitur
sanctissimā disciplinā amore, & studio cōplectamur, ad eāq̄ per discendā non operā solū, & di-
ligētīā adhibeamus: sed integros ēt, ac castos animos asseramus. Tales. n. hac sanctissima discipli-
na, qui se colāt, requirit, quēadmodū disertissimus Nazianzenus, i. de theologia lib. his uerbis do-
cet quā grauissime. Nō omniū, inquit, est, diuinarū rerū studiū capescere, neq̄ omnibus id studiū
genus cōuenit. Nō omniū quidē, quoniā illorū est dūtaxat qui pietatis studio exculti sunt, quiq̄ in di-
uinarū rerū cōmentatione progressus fecerūt: ac potissimū qui se mēte & corpore ab omni labe in-
tegras, purosq̄ cōseruauerūt. Nanq̄ impuris mētibus nihilo fortasse secius periculosum est in san-
ctissimū numē intēdere, atq̄ lippiētibus oculis in solis radios intueri. His porro hoc genus studiū
cōuenit, qui in eo sibi magnopere elaborandū putauerunt, quiq̄ eodē plurimū delectātur. Nam
homines otio, luxui, uenationibus, equitationibus, & cantilenis deditos, hac sanctissima disci-
plina a se repellit, absterretq̄ quam longissime.

Ac priorē orationis nostræ partē, quæ prælectionis nostræ cōmēdationē cōtinebat, uidemur ab-
soluisse, reliquū est ut posteriorē, quæ operæ, & diligentiae nostræ cōmēdationē cōplectitur, attingamus.
Non sum nescius, auditores humanissimi, quā multa in eo requirātur, qui sit probe, felici-
titerq̄ præceptoris munere, & officio functurus. Principio nāq̄ illud postulatur, ut sit eius artis,
siue sciētiæ quā sit alijs traditurus peritissimus, deinde ut ui ad interpretandū ualeat, quæ in eo
posita est, ut aperte, & dilucide rē quāq̄ explanet, ac suo quodq̄ loco tractet. Sit præterea accu-
ratus, diligēs, ac disertus, accuratus quidē in tractandis rebus, disertus in seligēdis, plurimū uero
in id genus studiū quod suscepit, operæ, ac diligētiae cōferat. Postremo eos, quos instituit, amore
singulari, & beneuolentiā prosequatur. Ego uiri ornatissimi, tametsi nō is sim, qui possim om-
neis præceptorij muneris numeros explere, Nā quod ad eruditionē attinet, scio quā in me sit, cū
pro rerū quas ad tractandū, ac docendū suscepimus, obscuritate, grauitateq̄, tū pro uestro capite,
& ingenio, exigua: nōnulla tamen ex ijs, quæ recēsumus, me diligēter præstaturum esse uobis,
Deo opitulāte, recipio. Dabimus enim diligenter operā, ut quod ingenio, & eruditione cōse-
qui non possumus, operæ, & diligentia cōpensemus. Iā de meo erga uos amore, non est quod dis-
bitetis. Nā etsi, qui uobis impensa opera sua prosint, habeatis fortasse plurimos, certe qui uos
aut ardentius diligit, aut studijs uestris amplius consultū uelit, aut qui uobis operam suam di-
ligentius nauet, habituri estis neminē. Tantū a uobis postulo auditores studiosissimi, etsi
ita uultis, maiori etiam studio contendo, ut qualicumque opera nostra, quā

vobis paratissimam fore polliceor, lubentissime utamini
ne cum uobis ego operam præstare meam
enixissime studeam, uobis ipsi
desuisse uideamini.

Non omnia nomina quae Deo attribuantur proprie eidem conveniunt, utpote quae non omnium nominum significationem in Deo reperiatur. posuimus, nomen proprie alicui convenire, est aliud nihil, quam rem quae significatione nominis continetur in aliquo reperiri, at non omnia, quae Deo attribuantur, nomina res declarant, quae in Deo reperiuntur, relinquuntur igitur non omnia, quae Deo attribuantur, nomina proprie eidem convenire. Minor facile intelligitur, si singula nominum genera persequamur, Nam principio nomina, quibus declaratur aut exclusio imperfectionis, aut perfectio simpliciter, aut secundum determinatum gradum, qui soli Deo convenit, proprie Deo conveniunt, nempe cum in Deo res inveniuntur illae, quae illis nominibus primum significantur: illa vero nomina, quibus significatur perfectio secundum determinatum gradum, qui soli Deo convenit, proprie Deo conveniunt, nempe cum in Deo res inveniuntur illae, quae illis nominibus primum significantur. Illa vero nomina quibus significatur perfectio secundum determinatum gradum, qui in sola creatura cernitur, metaphorice Deo conveniunt, siquidem formaliter non inveniuntur in Deo res, quae nominibus illis significantur, sed solum earum rerum similitudines. Nam sensus Deo attribuitur, quia cognoscit singularia. Dicitur etiam leo, quia summa fortitudine praeditus est. Hinc iam intelligitur nomen aliquod Deo proprie convenire, id quod in quaestionem adductum est.

REFUTATIO CONCLUS.

1. Argu. Proprie nomen alicui convenire, est eidem formaliter convenire, At nulla nomina formaliter Deo conveniunt, igitur nullum nomen proprie Deo convenit. Minor quoad ea nomina, quae metaphorice Deo conveniunt, satis patet, super est id ut in ceteris nominibus ostendamus, in ijs. scilicet quae habitudine Dei ad creaturas, ut creator, gubernator, quaeque simpliciter perfectionem declarant, ut sapiens, bonus, etc. Ac nomina habitudine declarantia non convenire Deo formaliter, hinc ostenditur. Illud nomen formaliter Deo convenit, inquit Alfonso, 1. d. 22. q. 1. cuius formale significatum in Deo reperitur, sublato interim omnino, quod non

est Deus, at formale significatum nominum importantium habitudinem Dei ad creaturas, non reperitur in Deo omnino sublato, quod non est Deus, non enim Deus creator diceretur, si creatura nulla esset, nisi forte fundamentaliter, igitur ea nomina Deo formaliter non conveniunt.

Porro nomina perfectionem simpliciter significantia non convenire Deo formaliter, sic ostenditur. Quae in aliquo eminenter reperiuntur, non conveniunt eidem formaliter, at significata illorum nominum eminenter in Deo reperiuntur, non igitur formaliter eidem conveniunt.

Pro intelligentia maioris propositionis, notandum est aliquid inesse in altero tribus modis, scilicet causaliter, formaliter, & eminenter, causaliter ut calor in sole, formaliter ut calor in igne eminenter, ut vegetativum in sensitivo. Illud enim dicitur continere aliud eminenter quod continet illud sub aliqua perfectione eminentioris, & perfectioris gradus.

Hoc modo centussis continetur in aureo nummo. Non enim centussis in aureo nummo formaliter continetur: siquidem centussis non sit aureus formaliter, neque tamen causaliter, siquidem centussis non valet efficere nummum aureum, sed continetur eminenter, utpote quia aureus nummus sit perfectioris gradus, valens centussis, & amplius aliquid. Hoc modo vegetativum in sensitivo, & sensitivum in rationali continetur. Vera est igitur maior illa propositio, nempe, quae eminenter in aliquo reperiuntur, eidem formaliter minime convenire.

Minor porro probationis eius, qua ostenditur significata illorum nominum, quae perfectionem simpliciter declarant, in Deo non reperiri formaliter, sic ostenditur. Continere aliquid eminenter est praestantius quam continere illud formaliter, at quidquid est excellentius omnino est Deo attribuendum, relinquuntur igitur Deum esse illum quidem bonum & sapientem, non formaliter, sed eminenter.

Item, quod sub una perfectione continet perfectionem duarum formarum disparatarum non est formaliter aliqua illarum, alioqui disparata darent idem esse formale, at Deus sub una perfectione, nempe divinae essentiae, omnia

in esse aliquid in aliquo contingit tribus modis scilicet causaliter, formaliter, & eminenter.

Continere aliquid eminenter quid sit.

Praestantius est aliquid continere eminenter, quam formaliter.

DISTINCTIONIS VIGESIMAE SECUNDAE

complectitur, quæ eidem attribuuntur, est enim suamet essentia bonus, & suamet essentia sapiens: igitur non est formaliter bonus, aut formaliter sapiens. Hæc sententia probata est Francisco Marchioni. l. d. 22. q. 1. quæadmodum ibi refert Alfonso Toletanus.

DILVTIO ARGVMENT.

Ad 1.
Quæcun-
q; in Deo
eminenter
reperiuntur,
formaliter
eide
conueniunt

Negandam putamus minorē, nempe nulla nomina formaliter Deo conuenire: siquidē quæcunq; in Deo eminenter reperiuntur, etiam formaliter eidē conueniūt. Id quod ostenditur hoc modo. Id quod est eminenter tale, simpliciter & absolute non est formaliter tale, hoc est, illud non est in ipso formaliter, ceu anima sensitua nō inest formaliter in intellectu, & calor nō inest formaliter in sole, at omnis perfectio simpliciter omnino & formaliter cernitur in Deo, igitur quæcunq; eminenter in Deo continetur, etiam formaliter continetur. Minor ostenditur. Perfectio simpliciter illa esse definitur, quā meli⁹ est inesse, quā non inesse, at quod in re quaq; melius est inesse, quam nō inesse necessario inest in Deo, oīs igitur perfectio simpliciter, non solum eminenter, & virtualiter, sed etiā formaliter cernitur in Deo. Ita minor primi discursus est falsa.

Perfectio
simpliciter
quod est.

Nomina
importā-
tia habitu-
dinē Dei
ad creatu-
ras, forma-
liter Deo
conueniūt
sub esse ha-
bituali, li-
cet nō sub
esse actu-
ali.

Quod vero ad probationem illius attinet, quoad illa nomina, quæ importāt habitudinē Dei ad creaturas, vt creator, gubernator, omnino dicimus illa etiā nomina formaliter Deo conuenire. Nam habitudo, quæ formaliter illis nominibus declaratur, pōt accipi duob⁹ modis, vno modo sub esse virtuali, altero modo sub esse actuali, siue exercito. Priori modo, etiam sublata omni creatura, Deus est creator, habet enim diuinā essentiā in qua vis inest ad creandū: tamen si nihil extra procreatur. Posteriori vero modo, nō itē.

Obiectio.

Obijci tamen contra potest. Illud nomen dicitur propriē, & formaliter conuenire cuius formale significatū in Deo formaliter & subiectiuē reperitur, at formale significatū eorum nominū, quib⁹ declaratur habitudo, non inest in Deo subiectiuē, sed in creatura, reliquitur igitur nomina importātia habitu-

dinē ad extra in Deo formaliter nō reperiri.

Dicimus illam habitudinē, esse illam quidem in Deo, & si non subiectiuē, saltem terminatiuē, terminat enim diuina essentia habitudinē realem creaturæ ad ipsam, vel sub esse actuali, vel virtuali, siue habituali.

Quod vero ad probationem eiusdem minoris attinet, quoad illa nomina, quæ simpliciter perfectionē declarant, negandā putamus maiorem, quādoquidē putamus etiam ea, quæ eminenter in Deo reperiuntur, formaliter Deo conuenire, cuius rei rationē paulo superius subieciimus.

Ad priorem vero in contrarium rationē, negatur maior. Nam præstantius est esse formaliter, & virtute calidum, quam solum virtute calidum.

Ad posteriorē vero dicitur, Deum eodē radicaliter esse bonum, iustum, & sapientem, non tamen eodem formaliter. Nam bonitate formaliter est bonus, & iustus iustitia, & sapiens sapientia, at radicaliter, siue fundamentaliter est bonus, sapiens, & iustus suamet essentia: quæ omnium in se rerum continet perfectiones.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

Vtrum diuina nomina sint synonyma?



Conclusio responsua negatiua est, quæ est huiusmodi. Non sunt synonyma nomina diuina. Etenim diuina nomina vnam, eandemq; rem sub vno conceptu minimē declarant, non sunt igitur synonyma. Cōsecutio patet, quoniam synonyma sunt, quæ eandem rem sub vno conceptu declarant. Pro antecedentis probatione notandum est, diuinam essentiā diuinis nominibus diuerso modo explicari. Nam nomina absoluta positiua diuinam aliquam perfectionē declarantia de principali significato diuinā essentiam important, siquidem non est alia res diuina essentia, & diuina perfectio, sed vnum & idem.

Responso

Deus eodē radicaliter est iustus, sapiens, & bonus, nō tamen eodem formaliter. Nam bonitate formaliter est bonus, & iustus iustitia. At suamet essentia radicaliter est bonus, sapiens, iustus.

Cōclusio vnica.

Nomina synonyma

Nomina diuina omnia essentiam diuinā declarant, non tamen eodem modo. Nam positiua absoluta de principali significato diuinam esse

At

sentia
portat
relatiu
de prin
pali fi
ficato
nifica
tionē
funda
taliter
to, & r
teriali
ipsam
sentian

solum
aliqui
cundū
malē
tionē
Deo re
sicut,
vera V
genera
nem.

Nom
priua
diuin
princi
li signi
caro f
ficatio
motic
alicui
fectus
notan
rō dit
essent
a qua
moue
ille d
tus.

DILVTIO ARGUMENTI.

NEgatur cōsecutio. Nam varietas & multitudo rationum in Deo non prouenit ex natura rei, est siquidem diuina natura in se summe, & omnibus modis vna, sed ex imbecillitate nostri intellectus, non valentis summam diuinæ naturæ vnitatem percipere. Namq; intellectus hominis, quoad modum intelligendi, cū perfectionibus à Deo in creaturas dimanantibus quadam proportione consentit. Ex quo efficitur, vt quæ admodum in creatis rebus aliud est sapientia, aliud bonitas, ita etiam in intellectu hominis aliud sit bonitas, aliud sapientia.

Multitudo ratio-
nū in Deo
prouenit,
non quide
ex natura
rei, sed ex im-
becillitate
nostri
intellectus
non valentis
illā summam
vnitatem per-
cipere.

Accedit, quia mens hominis perinde diuinitatem intelligit, atq; eam res creatæ representant: at creaturæ multis ac distinctis perfectionibus, vnam & summā perfectionem quæ Deus est, representant, mens igitur hominis sub varijs notionibus diuinitatem intelligit.

Hinc intellige diuersitatē & causam tam multarum notionum & rationum, ex parte quidem Dei, esse summā, & omnibus modis perfectam diuinæ naturæ vnitatem, ex parte vero nostri intellectus, esse eiusdem finitudinem, & limitationem. Ex quo iam intelligitur solum Deum se intelligere vnica notione, vt qui summā sui vnitatem comprehensam teneat. Tho. 1. p. q. 13. art. 4.

Causa tam
multarū
rationum
fundamē-
talis quide
est summa
simplicitas
diuinæ
essentia,
effectiua
vero, est
notus
intellectus
finitus & li-
mitatus.
Thomas.

DISTINCTIO
VIGESSIMATERTIA.

¶ Resolutio vigessimæ tertiæ
distinctionis.

Distinctione vigesima tertia specialiter agitur de hoc nomine, persona, estque proinde huius distinctionis prima conclusio. Quamuis hoc nomen persona et ad se, et secundum substantiam dicatur, pluraliter tamen, et non singulariter dicitur in diuinis. Ac personam secundum substantiam

At nomina positiua relatiua dicunt illa quidem diuinam essentiam, non tamen de principali significato, sic enim solam habitudinem ad aliud significant, sed materialiter, & fundamētaliter. Creator enim de formali significat habitudinem, interim cōnotando diuinam essentiam fundantē illam habitudinem. Hoc ipsum etiam sentiendū est de relationibus internis, significant enim cum essentiam, tum relationem, ceu pater & filius significant diuinam naturam sub relationibus paternitatis, & filiationis. Paternitas vero & filiatio solam, qua huiusmodi, habitudinem declarant.

Ex quo iam intelligitur ceterorū generū rationem formalem in Deo minimè reperiri, quemadmodum doctissimi Theologi annotauerunt. Thom. 1. d. 22. q. & Egidius eadem distinctione. Non enim cetera predicamenta manent in Deo secundum suū genus. Est enim Deus magnus sine quantitate, bonus sine qualitate, At relationes inueniuntur in Deo secundum sui generis rationem formalem. Non enim Deus est pater sine habitudine, & relatione. Ita fit vt relationes in diuinis non significant substantiā, neq; per modum substantiæ: nempe quia de principali significato significant habitudinem, & relationem.

Nomina vero negantia, vt infinitū, immateriale, etc. de principali significato significant, priuationem alicuius defectus: connotant vero diuinam essentiam, a qua remouetur talis defectus, in finitū enim est diuina essentia expers finitudinis. Ita fit vt omnia diuina nomina, diuinam essentiam, vel de principali significato vel de cōnotato declarent, & ita non eodem modo eandem rem declarent.

REFVTATIO CONCLUS.

SI diuina nomina non dicerent idem re, & ratione, Deus non esset summe vnus, neq; diuina essentia esset summa vnitatis, cōsequens est falsum, igitur & antecedens. Cōsecutio patet, siquidem Deus non est vnum re, & ratione, sed vnum re, & multiplex ratione.

sentiā im-
portat, at
relatiua,
de princi-
pali signi-
ficato sig-
nificat re-
lationem,
fundamē-
taliter ve-
ro, & ma-
terialiter,
ipsam es-
sentiam.

Solum ad
aliquid se-
cundū for-
malem ra-
tionem in
Deo repe-
ritur, cæ-
tera vero
genera no-
ntem.

Nomina
priuantia
diuina de
principali
significa-
to signi-
ficant re-
mouentē
alicui de-
fectus, cō-
notant ve-
ro diuinā
essentiam
a qua re-
mouetur
ille defe-
ctus.

DISTINCTIONIS VIGESSIMAE TERTIAE

Substantiā, & ad se dici, pluraliter & nō singulariter probat Mag. testimonio Aug.

Secunda conclusio. Quod latini dicunt tres personas, Graeci dicunt tres substantias, siue tres hypostasēs. Hypostasis enim Graecè idem valet quod substantia apud latinos, tametsi latini substantiam capiant pro essentia: ac proinde apud latinos non rectè dicimus tres substantias, sed unam substantiā, quemadmodū & unā essentiā.

Tertia conclusio. Personae nomen commune quiddam est, & predicabile de patre, filio, & spiritu sancto.

Quarta conclusio. Tametsi hoc nomen Deus commune quiddam sit, & predicabile de patre, filio, & spiritu sancto, non tamen quemadmodum dicimus tres personas, iam dicimus tres Deos. Huic enim propositioni aperte repugnat scriptura, illam vero et si non tradidit, eidē certe non contradicit.

Quinta cōclusio. Personae nomen à latinis est inuentum, ut querentibus quid tres? responderent, tres personae. Ob eandē causam nomen hypostasis repertum est à Graecis, ut scilicet querentibus quid tres? responderent, tres hypostasēs.

QVÆSTIO. I.

Vtrum personae nomen sit nomen rei, aut intentionis?



UPERIORI DISTINCTIONE de diuinis nominib⁹ generatim actū est: subinde hac XXIII. distinctione de personae nomine speciatim disputatio suscipitur, quoniam, quod ad diuina at-

tinet, speciales habet hoc nomen difficultates, quemadmodum Magister aperte docet in contextu: pro quarum explicatione, illud primo exquirendum duximus, sit ne hoc nomen persona, nomen rei, an intentionis potius. Hoc siquidem est explicandarum difficultatum fundamentum.

Sunt igitur quibus visum sit, personae nomen esse nomen intentionis, nō rei, id quod hisce rationibus volūt esse persuasum, quē admodum est apud Durand. l. d. 23. q. 1. item apud Heruzum. l. d. 23. q. 1. Omne, inquit, nomen rei subest intentioni generis, aut speciei, aut individui, atqui personae nomen nulli huiusmodi intentioni subest, non est igitur nomen rei. Maior patet, siquidē omne nomen rem aliquam declarans, ad categoriam pertinet, refertur autem ad categoriam sub generis, speciei, aut individui intentione, igitur, etc. Minor ostēditur, quoad illa duo, nempe quod non subit intentioni generis, aut speciei. Nam nomina quae sub sunt illis intentionibus res significant cum multis specie, aut numero differentibus cōmunes: at personae nomen rem significat incommunicabilem, ut patet, ex ipsius definitione, est enim inquit Boetius, persona rationalis naturae incommunicabilis subsistētia: non igitur subest intentioni generis, aut speciei, ac proinde non est nomen rei, cui conueniat esse genus aut speciem.

Neq; itidem est nomen rei sub intentione individui. Nam individuum de vno solo dicitur, at persona dicitur de multis, ijsq; natura intellectiua praeditis, non est igitur personae nomen rei sub intentione individui.

Præterea, id quod in omni genere est in-
diuiduum, & in genere substantiae est sup-
positum, in natura intellectuali est persona,
at haec nomina, suppositum, indiuiduū, sunt
nomina intentionū, non rerum, igitur no-
men personae est nomen intentionis nō rei.
Appellatur autem hoc loco intentio, non
quidem illa ratio quam format intellectus
de re cognita, atque animo concepta, cuius
generis sunt genus, & species, sed nomen
aliud nomen denominans, siue conditio
opposi-

Opinio, quod per sona non sit nomē rei, sed intentionis. Durandus, Heruzus 1. ratio 2 eodem.

Persona quid est.

2. ratio ad idem.

Intentio duplex, vna quam format intellectus, & attribuit rei cognitae obiectiue ut genus, & species, altera quae

est con-
tio op-
lita v-
uersali-
tis int-
tioni,
est non
aliud
men d-
minas
singul-
tas, in-
uidua
opin-
quod
sona si-
men
sub in-
tione.
diuid-
magi in-
tura in-
lectual-
Thom-
egidi-
Heruz-

1. ratio eodem

2. ratio eodem

obijc-
con-
apini

est condi-
tio oppo-
sita vni-
uersalita-
tis inten-
tioni, &
est nomē,
aliud no-
men deno-
minās: vt
singulari-
tas, indi-
uiduatio.
Opinio,
quod per
sona sit no-
men rei
sub intē-
tione in-
diuidui
vagi in na-
tura intel-
lectuali.
Thomas.
Egidius.
Heruicus.

opposita intentioni vniuersalitatis. Hoc ob-
id dictum volumus: quoniam tametsi vni-
uersalitas generis aut speciei rebus conue-
niat actione intellectus: non tamen indiui-
duatio, aut singularitas, hæc siquidem non
sunt in rebus actione intellectus, sed ex
natura rei.

Alijs visum est hoc nomen, persona, esse
nomen rei sub intētione indiuidui, eius-
q; vagi, & minimè definiti. Thomas. 1. p. q.
30. art. 4. item. 1. d. 23. q. 3. & d. 23. q. 3. ad 4. Egi-
dus. 1. d. 25. q. 1. Heruicus. 1. d. 23. q. 1. Quem-
admodum enim, inquit, homo significat
rem subiectam intentioni speciei, & aliquis
homo rem subiectam intentioni indiuidui
vagi in natura humana speciatim, ita etiam
persona significat rem quæ subest intētio-
ni indiuidui vagi in natura intellectuali
generatim. Hanc porrò sententiam his ar-
gumentis confirmant.

1. ratio p
eodem.

Nomen personæ impositum est ad signi-
ficandum indiuiduum, siue suppositum na-
turæ intellectualis, quatenus dignitatem
quandam, & excellentiam declarat, at in-
tentiones nihil dignitatis, & excellentiæ si-
gnificant, sed res quæ illis subijciuntur: non
enim vniuersalitas maioris est excellentiæ
in homine, quam in equo, relinquatur igitur
personæ nomen non significare intensionē,
sed rem potius subiectam intentioni.

2. ratio p
eodem.

Præterea, nomen personæ impositum &
accommodatum est ad significandum aliquid
dignum laude, & vituperatione, vnde & gra-
uissimam dicimus aliquem sustinere per-
sonam, at intensiones nihil significant lau-
de dignum, aut vituperatione, id siquidem
rebus conuenit ijs, quæ liberè agunt, cuius-
modi sunt res subiectæ intensionibus, non
est igitur persona intensionis nomen, sed
rei, non sic quidem vt significet rem subie-
ctam intentioni generis, aut speciei, aut in-
diuidui definiti: sed rem subiectam inten-
tioni indiuidui vagi, eius naturæ, quæ intel-
lectus est particeps.

Obijciunt
contra
opinionē

Hinc tamen sententiæ illud primū ad-
uersatur, quia res subiecta intentioni indi-
uidui vagi, nomine communi declaratur,

vel generis, vel speciei, adiuncto signo par-
ticulari, ceu aliquod animal aliquis homo,
aliquis angelus: at non sic habet nomen
personæ.

Deinde illud obijciunt vel maximè, quia
nomen significans rem subiectam indiui-
dui vagi de multis est prædicabile, quando
quidem res ipsa intentioni subiecta est cō-
munis cum multis, ijs scilicet cum quibus
species communicatur. Vnde vagum dici-
tur indiuiduum, quia .s. non in vno solum
dicitur, sed in multis: at persona in sua ra-
tione illud sibi vendicat vt sit substantia in-
communicabilis non est igitur persona no-
men rei subiectæ intentioni indiuidui vagi.

Obijciunt
secundo.

Quocirca in eorum sententiā nobis dis-
cedendum putamus, qui existimāt nomen
personæ formaliter significare intensionē,
intentionem inquam denominantem no-
men rei, quod est suppositum, siue indiui-
duum demonstratum. Ita enim vindicari
potest definitio personæ, nempe cum sup-
positum, & indiuiduum demonstratum sit
incommunicabile: At incommunicabilitas
in definitione ponitur personæ.

Opinio
authoris,
nempe
quod per
sona sit no-
men intē-
tionis de-
nominans
rem, nepe
substantiā
singularem
naturæ in-
tellectua-
lis.

Definitur autem persona in ordine ad
primam intensionem, quam denominat,
quemadmodum prima substantia, cui solū
conuenit esse indiuiduum, & incommuni-
cabile, ipsa tamen ratio incommunicabili-
tatis nomini attributa communis est cum
multis, quemadmodum & ipsum nomen
personæ, vt enim solus Socrates, est Socra-
tes, non tamen solus est persona, aut suppo-
situm, neque solus incommunicabilis, aut
indiuidua substantia.

Persona,
quemad-
modū pri-
ma substā-
tia, defini-
tur in or-
dine ad
primā in-
tensionē,
quam de-
nominat.

DILVTIO ARGUMENTO-
rum aduersariæ sententiæ.

QVod vero ad argumenta aduersariorū
attinet, ea facile diluuntur. Ad pri-
mum respondetur personæ nomen esse no-
men ad dignitatem pertinens, non quidē
interuentu formalis significati, quod ipsum
est secunda intentio, sed interuentu natu-
ræ substratæ. Significat enim persona intē-
tionē suppositi, non absolutè, sed in natura
intellectu-

Ad 1. con-
trarię opi-
nionis.

Persona
est nomen
dignitatis
ratione sub-
strati.

intelle-

DISTINCTIONIS VIGESIMAE TERTIAE

intellectuali, quæ naturis oibus antecellit.

Ad 2.

Posterius argumentum diluitur negatione maioris. Nam si ita res haberet, cum illud solum suppositum sit laude dignum, quod est virtute præditum: non omne naturæ intellectualis suppositum esset persona, sed illud solum quod esset virtutis studio sum, id quod tamen est absurdissimum. Fatemur tamen originem duxisse hoc nomen ex virtutis egregiæ, & excellentium factorum commendatione: adhibita quadam larvæ assimilatione. Id quod in tragediis cernebatur olim.

Persona
Vnde duxit
originem.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Vtrum persona de Deo, & creaturis uniuoce dicatur?



Conclufio affirmatiua quæstio explicatur. Etenim nomen personæ eiusdem est rationis in Deo, & in creatura. Id vero sic ostenditur. Intentio, quam formaliter significat nomen personæ, est eiusdem rationis in Deo, & in creatura, igitur & nomen personæ eadē ratione dicitur de Deo, & creatura. Consecutio aperta est, pro antecedentis vero probatione illud initio præponimus, intentionē secundam non esse eiusdē rationis in omnibus, quæ denominat, sed diuersificari iuxta diuersitatem formalem proprietatis, cuius interuentu attribuitur rei, vel fundatur in re. Namque intentio secunda rei attribuitur iuxta proprietatē ipsius, quia enim cernimus hominem in multis dici, quæ numero differunt, idcirco intentionem ei speciei attribuimus: & contra, quia Socrates in nullo dicitur, intentionem ei indiuidui accommodamus. Ex quo efficitur, vt intentio non sit eiusdem rationis in omnibus, sed diuersificetur iuxta formalem diuersitatem proprietatis, per quam fundatur in re. Ita fit vt ratio speciei non sit eadem in Deo, & creatura, quippe cum non eadē proprietatis ra-

Conclufio
vnica.
Personæ
nomen est
eiusdē ra-
tionis in
Deo, & cre-
atura.

Intentio
secunda nō
est eiusdē
rationis in
omnibus,
quæ de-
nominat,
sed diuer-
sificatur
iuxta di-
uersitatē
formalem
proprietatis,
per
quā fun-
datur in
re.

tio in Deo, & in creatura reperiatur: in qua ratio illa specifica fundatur. Nam cum vnitas naturæ fundet rationem speciei, vnitas diuinæ naturæ in multis suppositis, longè diuersa est ab vnitate naturæ humanæ in multis indiuiduis, hæc siquidem vnitas rationis est, illa realis: ac proinde ratio speciei non æque, neque uniuoce cōuenit vtrique.

Ita ergo ad propositi antecedentis probationem licet argumētari, proprietatis fundans rationem personæ est eiusdem rationis in Deo, & in creatura, intentio igitur personæ est eiusdē rationis in Deo, & in creatura. Antecedens ostenditur. Intentio fundans intentionem personæ est esse aliquid subsistens in natura intellectuali, hæc autē proprietatis, quæ fundat huiusmodi intentionem, æque in Deo cernitur, atque in creatura, etenim subsistentiam esse creatam, vel incretam, absolutam, vel relatiuam nihil videtur attinere ad formalem rationē huius proprietatis, quæ est fundamentū intentionis, relinquatur igitur intentionē personæ fundatam in tali proprietate uniuoce reperiri in Deo, & creatura.

Vnde persona est aliquid commune uniuocum prædicabile de Deo, & creatura.

REFUTATIO CONCLVSIONIS.

Quæ genere summo non consentiunt, neque communi aliquo uniuoco continentur, etenim in genere summo summa quoque uniuocatio reperitur, quippe quia summo genere nihil sit communius & vniuersalius nisi ens, quod ipsum tamen non est commune aliquod uniuocum, sed Deus & creatura genere aliquo summo minimè cōueniunt, neque itidem communi aliquo uniuoco continentur.

Præterea, quæ Deo conueniunt, & creaturæ prius, & excellentius in Deo reperiuntur, quam in creatura, nihil ergo esse potest commune uniuocum Deo, & creaturæ. Consecutio patet, quoniam per prius, & excellentius reperiri in vno quam in altero, ad analogiam pertinet.

Intentio
personæ
est eiusdē
rationis in
Deo, & cre-
atura.

Nihil
mune
uocū
& crea-
re est
rest in
bas, b
tamen
intenti-
onibus.

Deo, &
aturæ
potest
mune
quod
uocū i
nonal

1. Argu.

2. Argu.

Perfo
formal
rer nō
nificat
latione
aut sub
m, q
alrē f
iectam

DILV-

DILVTIO ARGVMEN-
torum.

Nihil cō-
mune vni
uocū Deo
& creatu-
ræ esse po-
test in re-
bus, bene
tamen in
intentioni-
bus.

PRius argumentum diluitur maioris pro-
positionis explicatione: Namq; vt sit il-
lud verum in rebus, nihil enim commune
vniuocum esse potest rebus ijs, quæ eodem
summo genere minimè consentiunt, non
tamen est verū in intentionibus. Nam non
solum in eodem predicamento, verum etiā
in diuersis reperitur eadē habitudo ad fun-
dandas secundas intentiones, vt satis patet
in albedine respectu huius, vel illius albedi-
nis, & in homine respectu huius, vel illius
hominis, quapropter talibus conueniūt in-
tentiones eiusdem rationis. s. esse speciem.

Deo, & cre-
aturæ esse
potest cō-
mune ali-
quod vni-
uocū intē-
tionaliter

Cum igitur persona, formaliter significet
intentionem, vt iam diximus, sitq; similis
habitudo ad fundandam illam intentionē
in Deo, & creatura, quemadmodum etiam
docuimus, sequitur, vt persona sit aliquid
commune vniuocum Deo, & creaturæ.

Cum ergo dicitur nihil esse posse commu-
ne vniuocum Deo, & creaturæ, id verum est
realiter, secus intēntionaliter. Quælibet etiā
res vt intellecta dicitur vniuoce, quādoqui-
dem esse intellectum non dicit rem circa
obiectum, sed intentionem.

Posterioris argumenti eadem est solutio.
Verum si quidem est antecedēs illud in re-
bus, non tamen in intentionibus. Caterum
quod ad res attinet, nomina prius conueni-
re Deo, quā creaturis, illud est intelligen-
dum quoad illa quæ nomina significant, se-
cus quoad illud vnde impositio ortum ha-
buit. Nam diuinorum nominum impositio
ex ijs ortū habuit, quæ cernūtur in creaturis.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

*Vtrum persona in diuinis significet sub-
stantiam, an relationem?*



Respondetur duplici con-
clusionione. Prior cōclusio.
Persona in diuinis for-
maliter, neque substan-
tiam significat, neq; rela-
tionem. Etenim persona

formaliter significat intentionem, at inten-
tio neque est substantia, neq; relatio, perso-
næ igitur nomen formaliter, neq; substan-
tiam significat, neque relationem.

Posterior conclusio. Personæ nomen in
ordine ad rem subiectam intentioni, idque
in communi, & absolutè, abstrahit ab abso-
luto, & relatiuo, quatenus tamen in diuinis
reperitur, includit cum substantiam, tum
relationem. Prior conclusionis pars ex eo
intelligitur, quia persona in formali ratio-
ne hoc vendicat, vt sit subsistens quiddam
distinctum proprietate, quod autē illa pro-
prietas distinguens sit absoluta, aut relatiua,
hoc ipsum omnino est extra significatū per-
sonæ in communi. Posterior vero pars con-
clusionis ex eo perspicitur, quoniam perso-
na in diuinis est subsistens in diuina natura
distinctum proprietate relatiua: igitur cum
essentia, quæ præstat subsistentiam, tum re-
latio, quæ distinguit, includuntur in persona
quatenus in diuinis reperitur, in obliquo tñ.

Præterea, illud in cuius ratione est positū
vt sit subsistens distinctum, & incommuni-
cabile, includit in sua ratione id cuius inter-
uentu subsistit, quouè efficitur vt sit distin-
ctum & incommunicabile, At persona est
huiusmodi, includit igitur in sua ratione cū
illud cuius interuentu subsistit, tum illud,
quo efficitur vt sit distinctum quiddam, &
incommunicabile, in diuinis autem id per
quod persona subsistit, est essentia, id vero
per quod distinguitur, est relatio, persona
igitur diuina in ratione sua complectitur,
cum essentiam, tum relationem.

REFVTATIO CONCLUS.

HAEC conclusio quoad priorē sui partē
venit in dubium. Namque nullus con-
ceptus vnus realis potest abstrahere à sub-
stantia, & relatione, alioqui nomen ad ex-
primendum talem conceptum impositum
vniuoce diceretur de absoluto, & relatiuo,
id quod omnino & falsum, & impossibile
est, at persona in communi dicitur tam de
absoluto, vt patet in persona creata, tam de
relatiuo, vt cernitur in diuinis personis: fieri
igitur

men intē-
tioni, in
communi
quidē ab-
strahit ab
absoluto,
& relatiuo
indiuinis
autem in-
cludit cū
substantiā,
tum rela-
tionem.

Persona
formali-
ter nō sig-
nificat re-
lationem,
aut substā-
tiam, quo-
ad rē sub-
iectam ta-

cere uero intuitu afflictionis, & cruciatio-
nis. De eodem ergo debemus letari, &
tristari, alio tamen, & alio respectu.

Quarta conclusio. Sanctorum passio-
nes bona voluntate, & velle, & nolle
possumus, velle quidem quatenus cedunt
in ipsorum gloriam, nolle vero compas-
sione pietatis, qua compassione moti fide-
les nolebant Apostolum Paulum in Hie-
rusalem pergere, ne ibi pateretur mala,
que ei Agabus Propheta predixerat.
Actuum 21.

QVÆSTIO
VNICA.

Vtrum teneamur conformare vo-
luntatem nostram diuinæ
voluntati?



Ost exactam disputatio-
nē de obiecto voluntatis
diuinę, restat quarto & vl-
timo loco expēdenda ha-
bitudo nostrę voluntatis
ad diuinā voluntatē, quę
in conformitate quadā consistit humanę vo-
luntatis ad diuinam. Quocirca ad rem pro-
positam explicandā vnicā excitamus quę-
stionē, cuius explicatione continebitur quid
quid ad rei propositę expositionē pertinet.

Huius igitur quęstionis explicationi nō-
nullas præponimus distinctiones.

Prima distinctio est de conformitate. Nā-
que conformitas humanę voluntatis ad di-
uinā est duplex. Vna in essendo, altera secū-
dum tendentiā in obiectū. Cōformitas in es-
sendo consistit in participatione eiusdē natu-
rę, vel similitudinis naturę. Cōformitas ve-
ro secundū tendentiā in obiectū, attenditur
penes aliquid vnū, quod se habet ad vtrāque
voluntatē, aut cōsimiliter, vt cū duo volunt

vnū, & idē, aut dissimiliter, correspondēt ta-
men vt cū aliquis vult aliquid, alius vero nō
vult illud, vult tamē illū velle illud, sic Abra-
hamus voluit occisionē filij quā eandē Deus
non voluit, voluit tamē Abrahamum illam
velle.

Secūda distinctio est de voluntate Dei,
Nāq; ea aut est volūtas beneplaciti, aut vo-
luntas signi, quę ipsa quincuplex est, vt iam
diximus.

Tertia distinctio est de voluntate homi-
nis. Nā volūtas hominis est duplex, vna sen-
sitiua, altera rationalis, illa sequitur cognitio-
nē sensitiuam, hęc intellectiuā. Hęc subin-
de duplex est vna naturalis, altera delibera-
ta. Volūtas naturalis illa dicitur, qua secun-
dum se, & absolute bonū cōueniens naturę
appetimus & discōueniēs aspernamur, & res-
puimus. Delibrata vero est illa, quę fertur
in bonum expensis circumstantijs, & hęc vo-
luntas interdum aduersatur in voluto appe-
titui sensitiuo, & voluntati naturali: veluti
sectionem membri pro recuperanda sani-
tate voluntas deliberata eligit, appetitus
vero sensitiuus, & voluntas naturalis res-
puunt, & refugiunt.

Quarta distinctio est de voluto. Volitum
enim a Deo accipitur duobus modis, vno mo-
do materialiter, altero modo formaliter,
Volitum materialiter, est illud obiectum
quod Deus vult. Volitum vero formaliter
est illud idem volitum sub ea ratione, & fi-
ne, sub quo est a Deo volitum.

His quatuor distinctionibus præmissis,
quęstio explicatur nonnullis cōclusionibus.

Prima conclusio. Qualibet voluntas
creata conformatur diuinę voluntati in es-
sendo, non quidem participatione eius-
dem naturę & speciei, sed participatio-
ne similitudinis naturę diuinę. Fecit enim
Deus hominem ad imaginem & similitu-
dinem suam, Genes. 1. Caterum de hac
conformitate, non est sermo in præsentī
quęstione, sed de conformitate secundum
tendentiam in obiectum. Quocirca de hac
conformitate iam secunda subiungitur cō-
clusio.

Secunda

2. Distin-
ctio.

2. Distin-
ctio.

3. Distin-
ctio.

4. Distin-
ctio.

1. Concl.

2. concl. Secunda conclusio. Voluntate signi ei quæ præcepto, & prohibitione continetur, tenetur quilibet homo conformari, faciēdo quod Deus præcipit & fugiēdo, atque auerſando quod prohibet. Nam quilibet tenetur obseruare diuina præcepta, siue affirmatiua, siue negatiua.

3. concl. Tertia conclusio. Non tenetur homo conformare suam voluntatem voluntati signi, quæ consilio declaratur. Alias impletio consiliorum, non esset opus supererogationis, sed opus præcepti, & non implens consilia peccaret, contra quod docet Apostolus 1. Corinth. cap. 7.

4. concl. Quarta conclusio. Quod attinet ad voluntatem signi quæ dicitur permissio, aut permissio habet per obiecto malum culpæ, aut malum pœnæ. Est ergo quarta conclusio. Voluntati Dei permissiuæ mali culpæ nullus tenetur voluntatem suam in voluto conformare, bene tamen voluntati Dei permissiuæ mali pœnæ, idque in voluto formali, non materiali, & voluntate deliberata, non sensitua, aut naturali.

Huius conclusionis pars prior sic ostenditur, nemo tenetur velle se Deum offendisse, aut diuinam gratiam amisisse, atqui Deus multos vult permittere se offendere, & suam gratiam amittere, ergo huic voluntati Dei permissiuæ nemo tenetur in voluto conformari. Posterior pars conclusionis patebit ex subiunctis conclusionibus.

5. Concl. Quinta conclusio. Quilibet tenetur suam voluntatem voluntati Dei Beneplaciti conformare in voluto, id est velle id quod vult Deus. Probatio.

Quilibet tenetur habere rectitudinem voluntatis, atqui omnis rectitudo humanæ voluntatis prouenit ex conformitate ad diuinam voluntatem, quæ naturaliter est recta, & non potens deficere, aut aberrare, Quilibet igitur tenetur suam voluntatem diuinæ in voluto conformare. Minor probatur auctoritate & ratione. Auctoritas est Augustini in expositione illius versus psalmi 100. Non adhæsit mihi cor prauum sic decentis. Cor prauum est cor non rectum,

Rectum autem cor hominis dicitur, quod vult omnia, quæ vult Deus, igitur rectitudo humanæ voluntatis consistit in conformitate sui ad diuinam voluntatem. Porro ratione illud ipsum sic ostenditur.

Quando aliquid est regulabile per aliquam regulam, eamque suapte natura rectam, neque potentem deficere, vniuersa eius rectitudo consistit in conformitate ad illam regulam, atqui humana voluntas est regulabilis per diuinam suapte natura rectam, neque potentem deficere, igitur vniuersa eius rectitudo consistit in conformitate ad diuinam voluntatem.

Contra istam conclusionem arguitur. Non omnis voluntas conformis voluntati beneplaciti Dei in voluto est recta, neque omnis eidem disformis est mala, non tenetur igitur homo conformare suam voluntatem voluntati beneplaciti ipsius dei in voluto. Antecedens pro priori parte cernitur in iudæis, qui voluerunt Christi mortem, quam eandem Deus voluit voluntate beneplaciti, & tamen eorum hæc voluntas impia, & mala fuit. Pro posteriori vero parte patet ex Augustino in Enchiridione, cap. ii. quo loco ait, aliquando hominem bona voluntate velle, quod Deus non vult, ceu bonus filius pia voluntate vult patrem viuere, quem bona voluntate Deus vult mori.

Præterea, si conclusio esset vera sequeretur, quod si Deus reuelaret alicui suam damnationem, quod teneretur eam velle, & ita teneretur velle non esse beatus, consequens est falsum, tum quia talis voluntas repugnat appetitui naturali, quo quilibet appetit beatitudinem, tum quia quilibet licite potest orare pro salutē finali, & per consequens licite potest velle saluari.

Quocirca iam sexta subiicitur conclusio quintæ conclusionis explicatiua.

Homo tenetur conformare suam voluntatem diuinæ voluntati in voluto formali, non materiali, vt scilicet velit illud idem quod Deus vult sub ea ratione, & eo fine, quod Deus vult.

DIS T. 8. DE CONFORMITATE VOLUNTAS HUMANAE.

Rectitudo humanae voluntatis, in quo consistit.

Non enim rectitudo voluntatis in eo simpliciter consistit ut homo velit id quod Deus vult, sed ut velit sub ea ratione qua illud ipsum Deus vult. Et quia Iudaei Christi mortem non sub ea ratione, & sub eo fine voluerunt, qua Deus ipsam voluit, idcirco volendo Christi mortem peccauerunt, & eorum voluntas impia, & prava fuit.

Septima conclusio. Homo tenetur voluntate deliberata velle id quod Deus vult, non iudem naturali, & sensitiva quae absolute fertur in omne illud quod est sibi conueniens, & respuit omne illud quod est sibi disconueniens. Vnde volendo huiusmodi voluntate contrarium eius quod Deus vult non peccat. Hac igitur voluntate pius filius vult patrem vivere, quem Deus voluntate beneplaciti vult mori, & sic volendo non peccat.

Conclusio quinta quomodo iurelligatur.

Est ergo quinta conclusio intelligenda de voluntate hominis deliberata, quae scilicet fertur in bonum expensis circumstantiis, & de voluto diuino, non quidem materialiter sumpto, sed formaliter.

Verum homo reuelata sibi sua damnatione teneatur velle.

Quod vero attinet ad tertium argumentum contra eandem quintam conclusionem, ad illud argumentum primum respondetur hypothese non esse possibilem, nempe quod huiusmodi reuelatio fiat absolute, sed omnis huiusmodi reuelatio est conditionalis, & comminatoria: cuiusmodi est illa Lucae decimotertio. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Sed esto facta sit absolute talis reuelatio, non quid tenetur homo voluntatem suam diuinae voluntati conformare? Durandus, 1. 5. distinct. 28. quaest. 2 ad tertium, respondet neganter, siquidem quinta conclusio intelligenda sit, & vera sit adiuncta duplici conditione, prior conditio est, ut homini congruat illud velle. Posterior conditio est, ut constet Deum velle hominem illud velle.

Durandus

Est ergo quinta conclusio. Quilibet homo tenetur voluntatem suam conformare

diuinae voluntati in voluto, quod congruit homini velle, quodque scit Deum velle, quod ipse velit, iam autem neque congruit homine velle suam damnationem, neque Deus vult, quod ipse velit damnari, utpote quia oppositum praeeperit, nempe quod velit saluari, & oppositum naturae inserit, nempe quod velit esse beatus. Vnde Augustinus. 13. de Trinitate. capite 3. & 4. ait. Quilibet necessario vult beatus esse, & non vult miser esse.

Caterum Gregorius, 1. 5. distinct. 48. quaest. vnica, affirmanter respondet, nempe quod homo huiusmodi cui facta esset suae damnationis absoluta reuelatio, teneretur in tali euentu suam voluntatem diuinam in voluto conformare, quandoquidem ita visum, & placitum esset Deo, quae actio tantum abest ut esset culpabilis, ut esset maxime laudabilis, utpote quia ex maxima Dei dilectione proficisceretur. Ex quo subinde colligit, non licere huic pro finali salute ad Deum preces adhibere, sed debere diuino iudicio esse contentum. Suffragari ait huic sententiae illud dictum Augustini 21. de Civitate Dei, cap. 24. Quo loco ait, quod si Ecclesiae constaret aliquos etiam in hac vita constitutos, praedestinos esse in ignem aeternum ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam pro ipso diabolo.

Gregorius

Augustinus

Egidius. 1. 5. distinct. 48. ar. 2. quaest. 2. ad tertium, respondet debere hunc hominem in studium bonorum operum incumbere, ut Deus bonis illis operibus motus, de sententia dimouentur. Ego, data hypothese, cum Egidio, & Gregorio sentia. Quae eadem opinio est Diuini Thomae, 12. quaest. 19. ar. 10. ad secundum. Et de ver. quaest. 23. ar. 8. ad secundum, quem sequitur Capreolus 4. 5. distinct. 17. quaest. 1.

Egidius

D. Thomae

Neque tamen hinc consequitur. Ut homo velit culpam, aut finalem impoenitentiam, ad quam sequitur damnatio, sed quod velit ordinem diuinae iustitiae, & eiusdem reluctiam sub qua ratione Deus vult hominis damnationem.

Ostiaua

2. con

velle i
quod
vult
charit
no re
ritur
cessari

In
fis m
cessi
qui
vt
actu
tium
rati
uz
ti
me
sed
cit
pu
di
&
co

8. concl.

velle id
quod deus
vult, ex
charitate
non requi-
ritur ne-
cessario.

Octava conclusio. Homo non tenetur secundum rationem cause formalis, quae est charitas, suam voluntatem diuinæ voluntati conformare, vt scilicet velit ex charitate id quod vult Deus. Hoc siquidem solum requiritur quando obligat preceptum charitatis. Requiritur etiam huiusmodi conformitas ad meritum vitæ æternæ. Nam vt homo mereatur vitam æternam requiritur, vt operetur ex charitate, vt patet. 1. Cor. cap. 13.

In aduersis non necessario requiritur, vt homo actu positivo veluti voluntatis diuinæ voluntati conformetur, sed sufficit non repugnare diuinæ ordinationi, & de eandem contristari

Ex doctrina tradita in quinta, sexta, & septima conclusione iam patet quartæ conclusionis quoad posteriorem eius partem intelligentia. Circa quam partem illud est etiam annotandum, non esse necessarium necessitate precepti, vt in aduersis homo diuinæ voluntati conformetur actu positivo voluntatis deliberatæ, sed sufficere vt non repugnet diuinæ ordinationi, & non tristetur. Nam actu positivo voluntatis in talibus diuinæ voluntati conformari, & gaudere perfectorum est, aut certe comprehensorum, quibus cum innotescant ad plenum diuina volita, cumque in eis appetitus rationalis nulla ex parte retardetur, plene, & lætanter diuinis volitis conformantur. Contra quod accidit viatoribus, tum quia diuina volita non sunt eis plene cognita, tum quia motus voluntatis in eis persensum, atque adeo appetitum animale retardatur. Quocirca in aduersis sufficit

non contristari, & diuinæ ordinationi non repugnare, & hoc est in moribus laudabile. Vnde Aristot. 3. Ethicorum, capite. 10. ait, non oportere, neque illud a viro fortiter requiri, vt oblati periculis gaudeat, sed ad laudem sufficere, quod tristitia minime afficiatur.

AC de sacrosancta Trinitate, deque diuinis attributis hæc disputasse sufficiat, quæ omnia ad laudem referantur omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti, qui est Deus gloriosus, & benedictus in secula. Amen.



FINIS COM-

MENTARIORVM IN

primum Sententiarum librum.

(. . .)



L A V S D E O.



non conuicta, & diuina ordinatione
reputant, & hoc est in modis laudabi-
li. Vnde Aristoteles Ethicorum, capite 10.
ait, non oportet, neque illud a viro for-
mali, & obliquo, nec a iudice, sed
ad laudem tantum, quod tribuatur
merito.

Ac de sacrosancta Trinitate, de qua
diuina scriptura sic disposuit, Iusticia,
pax omnia ad laudem referunt om-
nia.



COM
VM IN

LAV



... conuicta, & diuina ordinatione
reputant, & hoc est in modis laudabi-
li. Vnde Aristoteles Ethicorum, capite 10.
ait, non oportet, neque illud a viro for-
mali, & obliquo, nec a iudice, sed
ad laudem tantum, quod tribuatur
merito.

... non conuicta, & diuina ordinatione
reputant, & hoc est in modis laudabi-
li. Vnde Aristoteles Ethicorum, capite 10.
ait, non oportet, neque illud a viro for-
mali, & obliquo, nec a iudice, sed
ad laudem tantum, quod tribuatur
merito.

